

Zeitschrift: Naturwissenschaftlicher Anzeiger der Allgemeinen Schweizerischen Gesellschaft für die Gesamten Naturwissenschaften

Herausgeber: Allgemeine Schweizerische Gesellschaft für die Gesamten Naturwissenschaften

Band: 1 (1817)

Heft: 9

Artikel: Synopsis Saxifragarum helveticarum excerpta e Flora Helvetica manuscripta

Autor: Gaudin, J.

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-389165>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 16.02.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

*Synopsis Saxifragarum helveticarum excerpta e Flora Helvetica manuscripta. Autore J. Gaudin, V. D. M. *)*

G. 246. *SAXIFRAGA* L. gen. 559. Hall. Juss. 309 Gaertn. tab. 36. *Saxifraga* et *Geum* Tourn. tab. 129.

Cal. 5-fidus, persistens. Petala 5 integra. Caps. 1-ocularis, birostrata, inter rostra dehiscens, polysperma. (*Herbae multiformes.*)

* *Folia coriacea, margine membranacea, indivisa, alterna.*

1. *SAXIFRAGA Cotyledon* L. — S. foliis radicalibus lingulatis, patulis, cartilagineo-serratis, caule paniculato, calycibus piloso-glandulosis. Willd. — Hall. helv. 977.

β. *Purpurata*; Floribus venis maculisque saturate purpureis elegantissime pictis. Rara, supr. *Wassen* in via *M. Gotthardi*.

*) Herr Pfr. *Gaudin* in Longirod bey Nyon, bekanntlich seit mehrern Jahren mit der Ausarbeitung einer vollständigen und ausführlichen Flora helvetica beschäftigt, einem Werke, dem alle Freunde der Botanik mit eben so grossem Verlangen als gerechter Erwartung entgegen sehen, theilt hier einen Auszug aus dieser ausführlichen Arbeit über die schweizerischen Steinbrecharten mit. Er wünscht hierdurch die Aufmerksamkeit der Botaniker in unserm Vaterlande auf diese schöne und schwierige Gattung neuerdings hinzuleiten und hegt die angenehme Hoffnung, daß sich einige derselben dadurch werden veranlaßt finden, ihm ihre Bemerkungen über diese synoptische Darstellung und wo möglich neue Beyträge an Pflanzen und Beobachtungen zur Verbesserung und Ergänzung seiner Arbeit mitzutheilen. Er wird in der Folge eine ähnliche Synopsis einiger andern Gattungen, z. B. der *Potentillen*, *Cerastien* u. a. m. dem naturwissenschaftlichen Anzeiger übergeben und alle diejenigen Freunde der Wissenschaft, welche sich hierdurch bewegen finden, dem obigen Wunsche des Hrn. Verfassers zu entsprechen, werden ihn in den Stand setzen, seiner helvetischen Flora diejenige Vollkommenheit zu geben, nach welcher er unermüdet strebt und können seiner innigsten Dankbarkeit für so wichtige Dienste, die sie auf solche Weise der Wissenschaft leisten werden, im voraus versichert seyn. *M.*

1ster Jahrg.

Obs. Ad hanc speciem plantas linnaeanas boreales refert, et nomen antiquius merito servat Cl. *WAHLENBERG* etsi minus aptum est quam recentius (*S. pyramidalis*) quo suam pyrenaicam stirpem insignivit Cl. *LAPPEYROUSE*.

2. *SAXIFRAGA Aizoon* Jacq. — S. foliis radicalibus aggregatis, cartilagineo-serratis, obovatis lingulatisve, caule superne subpaniculato, calycibus glabris. — Hall. helv. 978.

β *Longifolia* elatior. Hall. l. ci. n.

3. *SAXIFRAGA mutata* L. — S. foliis radicalibus cartilagineo-serratis, basi ciliatis, caule subpaniculato, calycibus glandulosis, petalis linearibus. — Hall. helv. 979. tab. 16.

4. *SAXIFRAGA caesia* L. — S. foliis radicalibus caesiis, apice poro impressis, recurvis, rosulis abbreviatis, petalis subrotundis. — Hall. helv. 982.

β. Rosulis elongatis, inferne marcescentibus. Ceterum conformis. — In *M. Corni di Canzo* legit amiciss. *DUBY*.

5. *SAXIFRAGA patens* N. — S. foliis patentibus, oblongis, caesiis, apice et ad margines porosis, rosulis abbreviatis, petalis ovatis.

Caesiae affinis et forte ejusdem varietas insignis. Differt *rosulis* multo laxioribus, perinde tamen brevissimis, *foliis* quadruplo majoribus, patentibus coriaceis, oblongis, lanceolatis, obtusis, laevibus neque crusta calcarea obductis, neutiquam recurvis, utrinque prope apicem et margines poris nonnullis, lentis ope valde conspicuis impressis. *Flores* magni, approximati, 2-4, *calyce* viridiusculo basi tantum modice glanduloso-pubescente, segmentis obtusis, glabriusculis. *Petala* albida neque lactea, ovata, calyce duplo longiora. (D. s.)

Hab. in *M. FOULY*. Primus omnium ibi legit amiciss. *PHIL. THOMAS* anno 1817.

Obs. Eam bonus *PHILIPPUS* pro *S. aretioide* Lapeyr. habuit. Sed ab illa rosulis abbreviatis, foliis patentissimis neque erectis, calyce glabriusculo et petalis fere ochroleucis, nequaquam aureis omnino differre videtur.

6. *SAXIFRAGA diapensioides* Bell. — *S.* foliis glaucis, verticalibus, subtriquetris, rosulis elongatis subcylindricis, petalis longe ellipticis. — Mur. bot. val. 94.

7. *SAXIFRAGA Vandellii* Sternb. — *S.* foliis triquetris, acutis, margine membranaceo serrulatis, caule hirsuto subquinquefloro. — Hall. helv. 983.

„Hab. in Alpibus editissimis *Valesiae* (?) et *Rhaetiae*.“

HALLER in Nomencl. n. 983. neque ut e verbis *HALLERI* in historia male intellectis putat amiciss. *SUTER* in montibus Juranis. Plantam rarissimam primus in Helvetia legit optimus *ABR. THOMAS* in M. Umbrail s. *Wormserjoch* supra *Bormium* prope quoddam sacellum dirutum. In eadem regione olim etiam invenit Cl. *SCHLEICHER*, ego vero frustra quaesivi. Nuper autem in M. *Corni di Canzo* utriusque lacus *Larii* sinui imminente, plantisque raris ditissimo, legit amiciss. *DUBY*. — Fl. Junio. 2.

8. *SAXIFRAGA aspera* L. — *S.* foliis alternis, lanceolatis, spinuloso-ciliatis, caulibus paucifloris, foliosis, inferne procumbentibus. — Hall. helv. 970.

β. *Bryoides*. Uniflora, rosulis abbreviatis, aggregatis, caulibus erectis, exstolonibus, foliis minutis subciliatis. — *S. bryoides* L. Hall. helv. 969.

γ. *Intermedia*. Grandiflora, foliis in parte caulibus erectiore minutis mitiusque ciliatis. In M. *Montanvert* super *Chamounix*.

** *Folia ovato-rotundata, carnosae s. coriacea; caulis nudiusculus.*

9. *SAXIFRAGA cuneifolia* L. — *S.* foliis cuneatis, retusis, margine cartilagineis, repandocrenatis, glabris, scapo subpaniculato superne pubescente. — Hall. helv. 974.

† 10. *SAXIFRAGA umbrosa* L. — *S.* foliis obovatis, cartilagineo-crenatis, ciliato-lanuginosis, scapo subpaniculato apice pilosiusculo. — *ROESCH* in Alpin. 3. p. 115.

In den *Rofflen* vallis *Sexamniensis*. Rev.

POL. auct. amiciss. *ROESCH*. Ibi autem neque ego neque amiciss. *GAY* eam invenire potuimus. *DUBIA CIVIS*. — Fl. Junio et Julio. 2.

11. *SAXIFRAGA stellaris* L. — *S.* foliis cuneatis, apice anguloso-dentatis, subcarnosis, scapo ramoso, petalis oblongis acutiusculis. — Hall. helv. 973.

*** *Folia opposita, indivisa, subcoriacea. Caules foliosi.*

12. *SAXIFRAGA oppositifolia*. — *S.* foliis quadrifariam imbricatis, plicato-carinatis, ovatis, ciliatis, caulibus procumbentibus, ramosissimis, petalis ovatis. — Hall. helv. 980.

13. *SAXIFRAGA biflora*. All. — *S.* foliis oppositis remotiusculis, obovatis, ciliatis, subplanis, caulibus procumbentibus, ramosis, petalis obverse lanceolatis. — Hall. helv. 981.

Obs. Non desunt varietates intermediae prioris quae caute a *S. biflora* distingui debent. Huc pertinent praecipue: 1) Var. illa foliis summis majoribus, planioribus, distinctis, neque in summis caulibus dense imbricatis, et 2) planta foliis fere omnibus remotiusculis, recurvis saepeque ex axilla gemmiferis. Verum omnibus folia apice subcartilaginea, facieque crusta calcarea obducta, et praecipue petala late ovata, subrotunda.

**** *Folia alterna, indivisa, herbacea. Caulis plerumque foliosus.*

14. *SAXIFRAGA Hirculus* L. — *S.* foliis caulinis lanceolatis, planis, alternis, caule erecto simplici, germine ovato supero. L. — Hall. helv. 972.

15. *SAXIFRAGA aizoides* L. — *S.* foliis alternis, linearibus, carnosis, ciliatis, caule basi decumbente, germine hemisphaerico, depresso, semiinfero. — Hall. helv. 971.

β. *Crocea*. Hall. l. c.

16. *SAXIFRAGA planifolia* Lapeyr. — *S.* foliis rosularum imbricatis, oblongis, obtusis, tenuissimis, caule subfolioso, petalis calyce longioribus. — Hall. helv. 985.

β. *Citrina*. Rosulis elongatis, foliis paulo majoribus, petalis calycem parum excedentibus. — In M. *Brezon*. Cl. *GIROD*.

γ. *Trifida*. Foliis nonnullis trifidis. — In valle *Bagnes*.

OBS. Ob cespites duros foliaque coriacea cuneiformia quae Cl. POIRET. *S. planifoliae* tribuit, et propter locum quem huic speciei inter suas sic dictas *coriaceas* Cl. LAPEYROUSE assignavit, fere adhuc dubitabam an nostra vere tenera huc pertineret. At specimina pyrenaica a Cl. LAPEYROUSE lecta, quae mecum illustriss. DESFONTAINES humanissime communicavit omnia dubia solverunt. Vix enim nisi rosulis majoribus ac foliis magis glabris differt.

17. *SAXIFRAGA Seguieri* Spreng. — S. foliis aggregatis, spathulatis, obtusis, petiolatis, cauli subbifloro, paucifolio, petalis lanceolatis calycis longitudine.

S. sedoides (non Wulff.) Wahlenb. helv. 79. (excl. omnibus syn.) Mur. bot. val. 94. *S. angustifolia* Hall. fil. in not. ined.

Spreng. cent. nov. pl. in 1. mant. hal. 46. n. 38. *S. sedoides* (excl. syn. Jacq. Sternb. et Scop.)

S. planifolia γ *Sequieri* Sternb. Sax. 28. tab. 9. fig. 4. (*optima.*) Seguiet. veron. 450. tab. 9. fig. 3. (*bona.*)

S. angustifolia Ser. alp. exs. Cent. 3. n. 289. *S. sedoides* Schleich. Thom. exs.

Hab. in Alpibus editissimis nivalibus Helvetiae praesertim orientalis, locis humidis frequens. — Fl. Jul. et. Aug. 2.

OBS. Notis constantissimis a *S. planipetala* differt. Neque cum *S. sedoide* L. Jacq. Sternb. (in fl. germ. Sturm fasc. 39. tab. 9.) confundi potest. Specimina *S. sedoidis* a b. WULFFENIO in Alpibus Carinthiae lecta evicerunt hanc a nostra abunde diversam esse.

18. *SAXIFRAGA androsacea* L. — S. subpilosa, foliis aggregatis, lanceolatis, caule subaphyllo, subbifloro, petalis ovalibus calyce duplongioribus. — Hall. helv. 984.

β . *Tridentata*. Foliis nonnullis cuneiformibus trifidis.

***** *Folia reniformia, dentata, longe pedunculata.*

Caulis plerumque paniculatus.

19. *SAXIFRAGA rotundifolia*. — S. hirsuta, foliis petiolatis, rotundato-reniformibus, dentatis, caule paniculato, germine supero. — Hall. helv. 975.

20. *SAXIFRAGA granulata* L. — S. foliis radicalibus reniformibus, petiolatis, sublobatis, caule paniculato, radice granulata, germine semiinfero. — Hall. helv. 976.

21. *SAXIFRAGA bulbifera* L. — S. foliis radicalibus petiolatis, reniformibus: caulinis sessilibus, bulbiferis, floribus subcapitatis, germine semiinfero. — Sut. fl. helv. 1. p. 250.

22. *SAXIFRAGA cernua* L. — S. foliis radicalibus petiolatis, palmato-lobatis, caule bulbifero (saepius ramoso) unifloro, germine supero, petalis retusis. — Mur. bot. val. 94 et 47.

OBS. *S. paradoxa* Sternb. Sax. n. 26. et in Sturm. fl. germ. fasc. 33. tab. 5. quacum Cl. CANDOLLIUS (suppl. fl. fr. p. 519. sub *S. penduliflora*) nostram *cernuam* conjungendam esse censet, caulibus debilibus, diffusis, multifloris, foliis omnibus petiolatis, lobatis, oppositisque, bulbillorum absentia, corolla calyce corollino adnata, germine semiinfero certo certius differt.

***** *Folia plus minus cuneata, obscurius petiolata, 3-5fida. Flores lactei.*

23. *SAXIFRAGA tridactylites* L. — S. foliis cuneiformibus, alternis, integris trifidisque, caule erecto, ramoso, glanduloso-pubescente, germine infero. Hall. helv. 986.

24. *SAXIFRAGA petraea* Vahl. — S. foliis subvillosis cuneatis 3-5fidis: radicalibus aggregatis, caule ramoso, folioso, villosa, petalis subemarginatis. — Hall. helv. 987.

β . *Foliosa*. Foliis caulinis imbricatis. — *S. ascendens* (non L.) All. pedem. 1537 tab. 22 fig. 1.

γ . *Integrifolia*. Foliis fere omnibus indivisis.

δ . *Bellardi*. Acaulis, floribus in sinu rosulae subsessilibus: planta junior. — *S. Bellardi* All. pedem. 1356. tab. 88.

OBS. Nunc observationibus Cl. BALBISII, MURITH et L. THOMAS constat *S. Bellardi* meram ejus varietatem esse. In hortis nempe culta, anno secundo statim in formam solitam *S. petraeae* redit.

† 25. *SAXIFRAGA pedemontana* All. — S. foliis palmatis, 3-lobatis: lobis 2-3fidisque, caule subcorymboso, calycis adhaerentis segmentis lineari-lanceolatis. — Schleich. rar. exs. Cent. . . n. 45.

Hab. in Alpibus regionum australiorum — „In alpibus vallis *Tornanche*, (infra M. *Sylvium* in Pedemontio Valesiae contermino).“

Cl. SCHLEICHER l. c. Ibi autem solliciti quaesita neque mihi, neque rev. MURITH, neque amiciss. GAY et L. THOMAS occurrit. B. etiam KRONIG, qui has Alpas saepissime peragraverat, inter suas plantas hancce speciem non habuit. Civis adeo valde dubia.

† 26. *SAXIFRAGA hypnoides* L. — S. foliis linearibus, integris trifidisve, stolonibus villosis procumbentibus, caule nudiusculo, petalis elliptico-oblongis. Sm. — Schleich. exs.

Hab. ad rupes tum montium alpinorum, tum regionum calidissimarum ad littora maris. Summus HALLERUS eam quidem cum sequente conjungebat, sed ut var. exoticam descripsit. Cl. SCHLEICHER affirmat se eam in M. Gemmino legisse. Nemo autem praeter eum, ut vix adhuc nostris stirpibus adnumerari possit.

***** *Folia plus minus cuneata, 3-5fida. Flores citrini, ochroleuci squalidove albescentes, quandoque purpurei.*

27. *SAXIFRAGA exarata* Vill. — S. subracemosa, foliis petiolatis, nervosis, omnibus 3-4fidis: lobis linearibus, petalis obovatis calyce duplo longioribus.

Hall. helv. 989. Enum. 404. n. 14. (excl. var. a quae ad priorem pertinet). *S. hypnoides* Sut. fl. helv. 1. p. 252. (excl. plerisque syn.) *S. exarata* et. *pseudo-hypnoides* Mur. bot. val. 94.

Vill. delph. 3. p. 674. Dec. fl. fr. n. 3585. *S. hypnoides* (non L.) All. pedem. n. 1538. *S. nervosa* (an Lapeyr.?) Sternb. Sax. 52.

Vill. l. c. tab. 45. All. l. c. tab. 21. fig. 4.

Ser. alp. exs. Cent. 2. n. 188. (cum bonis notis.) Thom. exs.

β. *Minor*, floribus paucissimis, subcapitatis.

γ. *Tenerior*, surculis elongatis. — *S. cespitosa* (non L.) Vill. delph. 3. p. 673.

Hab. in Alpibus editioribus, hinc inde. β. In M. Pennino. Amiciss. SERINGE. γ. In Alpibus ad rupes umbrosas non rara.

28. *SAXIFRAGA Allionii* N. — S. subcapitata viscosa, foliis conglomeratis, nervosis, cuneatis, plerisque 3-5fidis, petalis contiguus calyce duplo longioribus.

S. exarata (non Vill.) All. pedem. n. 1539. tab. 88. fig. 2.

S. exarata Schleich. exs.

Hab. in summis Alpibus *valesiacis*, prop. Pedemontium, rarior. — Fl. Julio et Augusto. 4.

OBS. A *S. moschata* Jacq. quacum illustriss. STERNBERG conjungit, multis notis differt. Potius ad sequentem accedit, sed facile quod ab ea dignoscitur.

29. *SAXIFRAGA cespitosa* Wahlenb. — S. subbiflora viscida, foliis conglomeratis, cuneatis, trifidis, petalis oblongis, contiguus, calyce duplo longioribus.

Wahlenb. helv. 80. (excl. syn. Hall.)

L. sp. pl. 578? Fl. suec. n. 376. (ex Wahlenb.) Wahlenb. fl. lapp. n. 220. Smith brit. 455?

Gunn. norveg. n. 1047. tab. 7. fig. 3 et 4. (ex Wahlenb.)

β. *Uniflora*, foliis imis rosularum reflexis.

Hab. „unice in *Gotthardi* cacuminibus editissimis, sc. in *Rosboden* et *Rosbodenstock* a supremis boviliis usque ad summum culmen, ad saxa copiose, nec non inter *Furcam* et *Galenstock* frequens.“ Cl. WAHLENBERG a quo specimina mea accepi. — Fl. Jul. 4.

OBS. Plantam β elegantem in Alpibus Rhaeticis ipse legi. Huic *rosulae* distinctae, basi reflexae, *folia* perinde omnia trifida et valde viscosa, infima ex albido flavescentia, *caules* sexunciales, foliolis paucis distantibus linearibus trifidis integrisque instructi, uniflori, *flores* paulo majores ex albido flavescentes. (D. v.)

30. *SAXIFRAGA acaulis* N. — S. foliis imbricatis cuneiformibus trifidis, pedunculis radicalibus brevissimis, petalis distinctis ellipticis. Phil. Thom. exs.

Radix longa, gracilis, cespites agens pulvinatos, in quibus rosulae planiusculae neutiquam sese reflectentes distinguuntur. *Folia* dense imbricata, minuta, sessilia, late breviterque cuneata, obsolete triplinervia, quantum discernere potui omnia trifida, subglandulosa neque tamen viscida, pallide virentia. *Caules* omnino nulli, *Pedunculi* paucas lineas longi, uniflori, ligula una alterave integra vestiti. *Flores* grandiusculi, statim patentis, semi-superi. *Calyx* viscidus, corolla brevior, segmentis oblongis, obtusis. *Petala* distantia, cum segmentis calycinis alternantia, oblonge

elliptica, albida, dorso medio fascia, latiuscula purpurascens insignita, triplinervia, nervi ramulis rubris, exterioribus approximatis, elliptice convergentibus. *Styli* filiformes, longiusculi, *stigmatibus* subclavato, pubescente. (D. s.)

In via praecipiti *Grandvire* prope M. *Fouly* invenit amiciss. PHIL. THOMAS. — FL. Julio et Augusto. 2.

Obs. Plantam mihi nondum satis cognitam nec nisi exsiccata visam, cunctanter ut speciem propriam propono, neque in tam difficili generis sectione asserere ausim ab omnibus congeneribus vere differre. Denuo itaque in natali loco indaganda et in horto colenda erit. Si notae quas indicavi constantes sunt, utique bona species esse videtur.

31. *SAXIFRAGA muscoides* Jacq. — S. foliis linearibus, integris trifidisque, caule superne subpubescente, petalis distinctis, ellipticis, calyce paulo longioribus.

Wahlenb. helv, 80.

Jacq. misc. 2. p. 125. Willd. sp. pl. 2. p. 656. Dec. fl. fr. 3588. Sternb. Sax.

α. *Microphylla*, dense cespitosa, caule humili subbifloro.

Hall. helv. 988. Enum. 405. n. 17. *S. cespitosa*? (non Wahlenb.) Sut. fl. helv. 1. p. 252. Mur. bot. val. 94. — J. J. Scheuchz. alp. it. 7. p. 518.

S. pyrenaica Vill. delph. 3. p. 671. *S. muscoides* Poir. enc. 6. p. 693. *S. moschata*? Smith brit. 455. (excl. certe syn. Hall. helv. 985.)

Hall. opusc. it. helv. 2. tab. 1. *S. cespitosa* Scop. carn. tab. 14.

Ser. alp. exs. Cent. 3. n. 292. Schleich. Thom. exs.

β. *Elatior*, surculis elongatis, foliis laxis longe petiolatis, caule subracemoso.

Nonne etiam sub n. 989. Hall. helv. et Enum. 404. n. 14? *S. muscosa* Sut. fl. helv. 1. p. 251.

S. muscoides δ. Sternb. l. c. *S. cespitosa* Poir. enc. 6. p. 697. (excl. var. β. et γ.) Vill. delph. 3. p. 672. sub var. n. 18.

Sternb. l. c. tab. 11. fig. 2. et in Sturm fl. germ. I. fasc. 35. tab. 14. (optima).

S. nervosa (non Sternb. neque Lapeyr.) et *S. moschata* Schleich. exs.

γ. *Uniflora*, surculis elongatis, foliis laxiusculis, petiolatis, plerisque indivisis, caule folioso unifloro.

δ. *Crassifolia*, foliis cespitosis, subsessilibus, carnosis, plerisque indivisis, caule subpaniculato. — In Alpibus *Sabaudiae*, supra *Chamounix*.

ε. *Capitata*, foliis cespitosis, subsessilibus, carnosis, floribus capitatis, bracteatis. — Thom. exs. — Ex iisdem Alpibus. PH. THOMAS.

Obs. Plantae *uniflorae* γ (in Alpibus Abbatiscellanis a Cl. MEYER, meritissimi nostrae societatis sodalis, lectae et mecum humanissime communicatae) petala ut videtur lutea v. fere aurea calyceque fere breviora non bene recognoscere potui. Habet filamenta crassa, atropurpurea neque tamen ad *pubescentem* Dec. aut ad *groenlandicam* L. pertinet. — Fortasse var. δ et ε ob foliorum naturam, colorem formamque cuneiformem melius seorsim sisterentur. Sed in tam ludificante sectione satius duxi numerum specierum jam fere nimium non augere.

32. *SAXIFRAGA moschata* Jacq. — S. foliis cuneiformibus, integris trifidisve caule que glutinoso-pubescentibus, petalis distinctis, ellipticis, calyce longioribus.

Sut. fl. helv. 1. p. 251. *S. muscoides* β Wahlenb. helv. 80.

α. *Lutea*, petalis luteis, late ellipticis.

33. *SAXIFRAGA atropurpurea* Sternb. — S. foliis integris trifidisque, caule subbifloro, petalis distinctis, ellipticis, calyce duplo longioribus. — *S. cespitosa* var. *atrorubens* Mur. bot. val. 94. — *S. moschata* γ *atropurpurea* Sternb. Sax. 41. et *S. atrorubens* Sternb. in Sturm fl. germ. I. fasc. 33.

† 34. *SAXIFRAGA crocea* N. — S. foliis integris trifidisque, pedunculis erectis elongatis foliolosis: terminali brevissimo, petalis calycem vix aequantibus.

Phil. Thom. exs.

Cespites dense aggregati, multicaules. *Folia* radicalia arcte imbricata, parva, pallide virentia, glandulis minutis obsita, linearia, indivisa et trifida lobulis perangustis. *Surculi* erecti, breves, foliosi. *Caules* numerosi gracillimi, rigiduli, foliosi, undique glanduloso-subpubescentes, fere sexunciales. *Pedunculi* 3-4ve, alterni, foliolosi, indivisi uniflorique: laterales longissimi, sese valde supra florem terminalem extollentes; terminalis brevissimus, aphyllus. *Flores* parvi, pulchelli, semisuperi.

Calycis glutinoso-subpubescentis segmenta anguste lanceolata, obtusiuscula. *Petala* calyce fere breviora, erecta, concava, elliptica, triplinervia, pulcherrime crocea, colore in herbariis durabili. *Stamina* calycem fere aequantia. (D. s.).

Hab. in *Subaudiae* australioris Alpibus, ubi primum a PH. THOMAS anno 1817 detecta est.

OBS. Species nova et, ut videtur, ab omnibus congeneribus distinctissima.

35. *SAXIFRAGA stenopetala* N. — S. foliis palmato-3-5fidis integrisve, caule ramoso, folioso, pedunculis lateralibus elongatis, petalis linearibus. — *S. aphylla* Sternb. in Sturm fl. germ. I. fasc. 33. tab. 11. (optima).

Hab in Alpibus *Abbatiscellanis*. Misit quoque Cl. MEYER. — Fl. Jul. et Aug. 2.

OBS. I. Primus omnium hanc raram speciem descripsit illustr. comes a STERNBERG. Sed nomen quo eam salutavit in planta valde foliosa, vix ac ne vix tolerari potest.

OBS. II. *Saxifragam* Hall. helv. 990. (*S. groenlandicam* (an L.?) Sut. fl. helv. 1. p. 251.) ut mihi plane ignotam, summo ipsi viro dubiam, nec nisi in SCHEUCHZERORUM absque loci natalis designatione visam, omittendam esse puto. Eam a reliquis „potissimum habitu foliorum et caulis toto glabra“ differre.

Ueber den Unterschied des arteriösen und venösen Blutes, rücksichtlich seines Gehaltes an Faserstoff. Von Dr. Mayer, Prof. der Anatomie und Physiologie in Bern.

Der Unterschied, welcher rücksichtlich der Farbe zwischen dem Blute der Arterien und Venen obwaltet, ist zwar der auffallendste, aber nicht ausschliesslich der wichtigste. Das Verhältniss des Faserstoffes im Blute und der darauf gegründete Unterschied der beyden Blutarten verdient um so mehr Berücksichtigung, weil dieser Stoff auf eine ganz einfache Weise aus dem Blute gewonnen und somit als ein reines Educt betrachtet werden kann. Je einfacher aber die Art der Gewinnung eines organischen Elementes ist, desto mehr Vertrauen dürfen wir auf das Resultat unserer

Operation setzen; je zusammengesetzter dieselbe ist, desto mehr haben wir es mit erst neugeschaffenen Producten zu thun.

Dr. Sigwart (siehe Reil's und Autenrieths Archiv, Bd. XII, S. 4) hat sich schon früher mit diesem Unterschiede beschäftigt und stellt als Resultat seiner Versuche den Satz auf, dass das venöse Blut mehr Faserstoff enthalte als das arteriöse. Er gründet darauf die Hypothese, dass der Faserstoff in den Anastomosen der Venen mit den Arterien erst erzeugt werde. Er stellte seine Versuche an Kaninchen und Hunden an. Diese Versuche verdienen aber im Voraus nicht grosses Zutrauen, weil die dabey erhaltenen Quantitäten von Faserstoff viel zu geringe sind, als dass die Differenz desselben im arteriösen und venösen Blute sehr in die Augen springen könnte. Da nun diese Sache von grosser Wichtigkeit ist und die Ausmittelung dieses Verhältnisses des Faserstoffes in den beyden Blutarten ein beträchtliches Licht auf den Prozess der Ernährung und Secretion wirft, so unternahm ich die Wiederholung dieser Versuche, um so mehr, da mich besondere Umstände dazu aufforderten.

Ich stellte diese Versuche zuerst an Kaninchen an, weil ich nicht sogleich Gelegenheit hatte, mit grösseren Thieren zu experimentiren. Das Resultat dieser Versuche war aber gerade demjenigen von Dr. Sigwart entgegengesetzt, und sagte aus, dass umgekehrt das arteriöse Blut mehr und zwar beträchtlich mehr Faserstoff enthalte, als das venöse.

Von einem Kaninchen erhielt ich 406 Gran venöses Blut und 399,5 Gran arteriöses. Der ausgewaschene und noch feuchte Faserstoff des erstern betrug, obgleich dasselbe 6,5 Gran weniger wog, dennoch mehr und zwar $\frac{5}{8}$ Gran mehr Faserstoff als das venöse. Nachdem der Faserstoff von beyden Blutarten im Sandbad ausgetrocknet worden war, betrug der des arteriösen Blutes noch $\frac{1}{16}$ Gran mehr als der des venösen Blutes.

Die geringe Menge des erhaltenen Faserstoffes hielt mich ab, diese Versuche an Kaninchen fernerhin anzustellen und ich versparte daher ihre Fortsetzung bis auf die nächste Gelegenheit, wo ich sie an Pferden wieder-